penè perierit fructus, ideo frumentum non potuerunt reportare Ant.ij et Ghimij D. mandavit officialibus, ut sedulò incumbat in futura perfectione illud exigere

De Ecclesia B. M. Gratiarum
In via Flamminia
die prima Xbris 1719

Distat à Terra Stabij per duo miliaria circiter, et est de Iuribus Communitatis d. Terræ, quæ habet onus manutenendi.

Unicum habet Altare, in quo ueneratur Imago deuotissima B. M. Virginis depicta in Pariete, et erectum est Beneficium, seu Cappellania, cum onere Missæ unius singulis diebus Dominicis, et Festis de præcepto, possessum ad præsens à R. D. Ioanne Angelo Meconi, quod possidet bona descripta in actis p.tæ p.æ fol. 443. per quem doctum fuit de implem.to

Adest etiam onus quatuor anniversariorum, quorum duo sub die 25. Aprilis pro an.a q. Felicis Zuketta, et duo sub die 28 Maij et seq. pro anima q. Angeli Salvetti prout in Tabella Sacristiæ ecclæ Collegiatæ

Dom.ca 3.a Maij, accedunt Capitulum Clerus, et Societates Terræ processionaliter, et canunt Missam solemnem

cum primis, et secundis vesperis, cum eleemosina obulorum quadraginta pro quolibet Can.co

In visitatione epi. Alecti fol. 67 à t.o et seq. adnotata fuere legata seqq. scilicet

Legatum scutor. 55. factum à q. Petrachino, cum onere quinque Missar. annualium, et q.o pecunie reperiebant. depositate in Monte Pietatis urbis, mandavit Cappellano ut quamprimum curaret supplementum, et adimplementum.

Item legatum q. Maxentij Lazari, qui in test.o condito die 10. Julij 1656 sub rogitu Marci Antoquetti de Calcata, reliquit pctium terre propè ecclesiam cum onere quinq. Missarum annualium, et d.s S. D. epus. mandavit citari Heredes ad consignandum, et docendum de adimplem.to

Cum autè de dictis Legatis non appareat satisfactio Illmus. et Rmus. D. mandavit Cappellano, ut factis diligentijs referat in scriptis statum eorundem Legatorum ad effectum providendi.

Inspecto altare mandavit depingi sgabellum Candelabrorum sub penis &

De Sacris Suppellectilibus

Mandavit reaptari Planeta albi coloris, et provideri de Bursa et velo novo eiusdem Coloris, siqui q.o coloris de Planeta cum Bursa, et velo; suspensioni subiicit

Planetam sericam diversorum colorum nimis laceratam et extendi iussit super selarios duo pallia albi coloris infra duos menses sub poenis & nisi non providerit de sela stragula ad effectum ut supra.

De tota ecclesia

Mandavit reaptari tectum, et pavimentum in partibus necessariis, et muniri fenestras laterales specularib. vitreis, vel saltem sela cerrata infra dictum tempus.

Custos ecclesiae est Heremita Fr. Michael Lagni aetatis suae annor. 50.

Ita est Io. Franc.s Epus Civitatis Castellanae et Hortae